

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De oratione virtutum matre, Gradus XXVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](http://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

IDE
atione vbi
anc quoniam
i glorie id
m̄i peccata
erandis
de celo
ogrediu
aliquid qu
ubetis
ndās
ab uno d
cta L
iplina r
ero, de qu
m amm
em lacu
seg libri
at anī
religio
s. Col. 1. 1
z octo m
rincipali
, ira, cen
es, 1. pa
c auarit
icii acci
quo res
tam obli
s Per mo
ter mela
p

ORATIONE GRAD. XXVIII. 292

os. S. angelos vbi illuminat⁹ est: Erat enim princeps quidam inter illos, hunc rogauit quid in Christo erat ante assumptā visibilē carnē: sed princeps ille angelorum cum nec docere potuit, nec permittebatur. Orabat secundo ut quomodo nūc esset Verbum vel Christ⁹ diceret: respondit princeps: in propriis & nō in istis. Tertio rogat quis staret & federet ad dexterā, audiuit: Impossible est insinuari hoc per aures. Ultimo allect⁹ desiderio: rogauit ut ad eā proueheretur perfectionem, in qua videret Verbum diuinū sicuti est, & responsū est ei: non esse illud hominis, priusquā corpus mortale absorberetur à vita, & imperfectio corruptionis fieret perfecta p⁹ ignē Spiritus. S. qui consumit omnē misericordiam.

An autem hic raptus in corpore factus sit vel extra corp⁹ dicit se nescire.

10 De solitudine fugaq; homiū B. Arsenij vide in vītis Patrum parte 2. §. 180 & 181.

De oratione virtutum matre, Gradus XXVIII.

Oratio in qualitate quidem sua coniunctio atq; vnitio est, hominis videlicet & dei, secundum actionem vero cōstantia¹ mundi ornatus collectio, reconciliatio dei, lachrymarum mater, eārūq; item filia, peccatorum propitiatio tentationum pons, tribulationum interpositus pānes, bellorū confractio, angelorū opus, incorpore arū omnium virtutū cibus, futura lētitia, infinita operatio, virtutum fons gratiarū ministra, profectus inuisibilis, nutrimentum animae, mentis illuminatio, desperationis amputatio, spei demonstratio, tristitiae solutio, monachorū diuitiae, solitiorū thesaurus, irē minuto, speculum profectus, mensurarum indicium, status insinuatio, futurorum reuelatio, clementiae significatio. Oratio eis qui recit⁹ orant, curia & iudicium & tribunal do-

min²

mini ante futurum tribunal est. Exurgentes audi-
amus sacram hanc virtutum reginam excelsam
nos voce clamantem ac dicentem: Venite ad me
omnes qui laboratis & onerati estis & ego vos
sificiam. Tollite iugum meum super vos, & inueni-
etis requiem animabus vestris, plagiisq; velis
medicinam. Iugum enim meum suave est, & pe-
cata sanat maxima. Quicunq; regi nostro assister
& colloqui proficisci mur, non imparati cursum
hunc faciamus, ne forte nos absque armis & fio-
regio digna conspectui a longe nos conspicere
ministris & famulis iubeat, ut vincitos nos longa
facie sua in exilium mittant, negligentesq; &
interruptas orationes nostras in facie nobis expo-
brent. Cum vultui domino astare proficisci, si
tibi tunica animae filo omnificatio^{2. i.} obliniosus
iniuriarum omnino consuta. Alioquin nihil exo-
ratione ipsa lucraberis. Sit tibi totus orationis te-
xtus unus, neque vlla varietate maculatus, uno e-
nim verbo & publicanus ille in euangelio, & pro-
digus filius deum sibi reconciliauerunt. Unus quo-
dem est orationum status, sed is ingentem sane va-
rietatem ac differentiam possidet. Alij nanque
vt amico & domino illi familiarius assistunt pro
aliorum iam, non pro suo adiutorio vel prece illi
vel laudes offerentes, alij diuitias & gloriam &
confidentiam ampliorem sibi dari querunt, ali-
ab aduersario suo omnino liberari exposunt
nonnulli vt dignitatem aliquam accipiant pro-
cantur, quidam vero perfectam debiti securi-
tem, alij custodiæ liberationem, alij crimina
solutionem consequi exoptant. Ante omnia, in
orationis nostræ chirographo gratiarum actiones
synceram statuamus, in secundo autem versu co-
fessionem & contritionem animi ex intimo affectu
produm-

prodeuntem, atque ita demū iegi nostro postulationem indicemus nostram. Optimus hic quem prædixi orationis modus est, sicut cuidam ex fratrib. ab angelo dei demonstratum est. Si vñquam visibili iudici obnoxius fuisti, non tibi alia forma iam opus erit, quam imitari debeas dum orationi insistis. Quod si neq; ipse reus extitisti, neque alios examinari perspexisti, vel ex infirmorum precib. quas medicis dum secandi vel vrādi sunt fundūt, huiusmodi aliquid addisce. Noli verbis exultioribus in oratione tua vti. Sæpe enim infantū simplicia & pura & balbutientia verba patrem suum qui est in cœl is placauerunt. Noli conari multum loqui, ne mens tua ad inquisitionem verborū di- stendatur. Vnus publicani sermo placauit deum, vnumque fidele verbum salvauit latronem. Multum in orōne loqui, mentem sæpe imaginibus illusit, intentionem dissoluit. Parum autem aut vnum etiam verbum in oratione loqui, colligere mentem consueuit. Cum in orōnis verbo vel dulcedine perfundi vel compungi te sentis, in ipso p- fiste. Tunc quippe custos noster nobiscū orat. Noli confidere quantumlibet munditia polleas, sed summa potius humilitate ad orationem attende, tuncque ampliorem confidentiam accipies, si totam virutum scalam ascendisti, tamen propter remissionem peccatorum ora, audiens de pētōribus clamantē Paulum. Quorum primus sum ego. Condire obsonia oleū solet & sal, orationem vero in sublime leuare pudicitia & lachrymæ. Si omnē mansuetudinem & iæ vacuitatē indueris, nihil tulaborabis vt eruas de captiuitate mentem tuā, Quousque orationem fixam certamq; non posside mus: his qui infantes ad incedendum initio exer- tet, similes sunius. Contende vt ad superna feras,

imo

imo vero ut recludas intelligentiam in oratione
verbis. Quod si debilitata per infantiam cecidit
rursum illa reducere cura, est quippe proprium me-
tis instabilitas, dei vero proprium sistere omnia
posse. Si infatigabiliter certes, adueniet in te-
pensus, qui mentis mari terminum per gyrum poliam
dicet illi: huc usque venies & non transgredies. Possibile non est spiritum ligare, sed ubi condon-
spuum est, omnino obtemperat. Si sole unquam fecit
oportet cōspexit, poteris illi quoque decenter
loqui, si autem eum quem non vidisti, veraciter inter-
pelare poteris. Orationis quidem initium est, luctus
animo aduenientes solo & tacito metis imperio et
ipsis initibus fugare, ne dum vero cum in his quae dicuntur
vel cogitantur mens tota est, finis autem rapido
ad deum. Alia laetitia est, quae in oratione contingit
in congregacione degentibus, & alia que in solu-
dine orantibus prouenit. Illa namque fortasse modi-
cis fantasias luditur, hec autem in humilitate tota
plena est. Si te semper exercetas ut mens tua nunc
longius euagetur, etiam in ipsa mensa appositi-
one, prope te erit: si autem effrontem libere vagari pa-
tris, nunquam tecum permanere poterit. Magnus quidem
magnae & perfectae orationis operari, volo ait me-
gis verba menti meae dicere, & reliqua. Sed haec
pueris & iunioribus alienum est. Idcirco & non
cum qualitate & quantitatis multitudine, ut imper-
fecti obsecramus, per hoc enim postremum al-
primum illud peruenitur. Qui dat inquit oratione
nem mundam impigre oranti, & sobrie, & cum
labore. Aliud est orationis sordes, aliud extermina-
tio, aliud furtum, & aliud macula. Sordes a deo
assistere & iniquas cogitationes in animo
versare. Exterminatio est ad curas inutiles capi-
tium pertihiri. Furtum est dum latenter & furti-
no

ORATIONE GR. XXVIII. 299

nostro sensu mens aliquo strepitu agitatur in-
trinsecus. Macula est qualisunque impetus, tunc
nobis appropians. Quoties soli eo tempore non
sumus quo ad orationem assistimus formemus
intrinsecus orationis impetum: sin vero non ad-
sunt laudum ministri, etiam exteriorem habitum
ad preces componamus. Nam in his qui hactenus
sunt imprestati mens corpori saepe configuratur.
Omnes quidem, sed hi longe amplius qui debiti
remissionem acepere a rege cupiunt, ingenti con-
tritione indigent. Si in carcere sumus adhuc, au-
diamus dicentem Petro: Accingere obedientiae
lintero & excalcia te voluntates tuas, atq; his nu-
dus & liber accede ad dominum in oratione tua,
solius eius voluntatem implorans, tunc suscipes
dominum animae tuae tenetem gubernacula eaq;
tuto regentem. Surgens ab amore seculi & vo-
luptatum labore proiece curas, exue intelligentias,
abnega corpus. Nihil enim est aliud oratio nisi
mundi visibilis, & inuisibis alienatio. Quid est *Psalmo.*
mihi in cœlo: Nihil nisi semper tibi in oratione
absqueulla distractione adhaere. Non nullis qui
dem opes in desiderio sunt, alijs gloria, quibusdā
mortaliū quarumlibet ierum acquisitione, mihi
adhaerere Deo bonum est, atque desiderabile &
ponere in eo spem tranquilitatis meæ. Tides
orationis est penna, qua sine in cœlum euolare nō
potest. Quicunque perturbationibus varijs ob-
noxij sumus, oremus instanter dominum. Om-
nes enim qui eiusmodi fuerunt ex perturbationū
tempestate in beatam tranquillitatē profecerunt.
Et si non deum ut deum metuit iudex, tamen
quia sibi molesta sit anima, quæ per peccatum &
nuipam viduata fuerat, faciet ultionem eius ex ad-
versario illius corpore, suisq; inimicis spiritibus.

Gratios

Act. 12.

Luca. 18.

Gratos quidem clemens negotiator noster per celerem postulationis effectum ad dilectionem suam pertrahit, ingratis vero canum amas per esuriem petitionisque sitim, sibi absiden per orationis studium hortatur. Ingratus enim canis cum panem tulerit, ab eo qui statim decedit abscedit. Noli cum in oratione perduras dicere Nihil profeci. Iam enim satis profecisti. Quia sublimius esse possit quam adhaerere Domini atque in hac cum illo iugiter perseverate? Non sic is qui condemnatus est poenae suae sententiam metuit, ut qui orationis curam solerter haberet ad illam assistit, trepidat. Quocirca qui sapienter acutus est, ex hac memoria maledictum ostendit iracundiam & curam & occupationem & vexationem & saturitatem & tentationem, & cogitationem aures sibi potest & fugere. Prepara te igitur per semper eternam animae orationem ad assistancem precib' tuis, & cito proficies. Vidi quodammodo obedientiae virtute fulgentes, deique memorum pro viribus non negligentes, prompte ad orationis studium occurrere, mentemque suam colligere, lachrymasque fontium in morem profundere. Erant enim preparati per sanctam obedientiam. Psalmodiam quidem cum multitudine, captiuaciones & mentis cogitationes sequuntur, solitariam vero non ita, sed haec quidem a dia oppugnat, illam vero alacritas adiuuat. Constantem quidem militis ad imperato rem suum dicat bellum: monachi vero charitas ad Deum maximè quo tempore aflat orationi deprehendit. Statum tuum oratio tua manifestat tibi. Hinc enim monachi esse speculum, tradunt Theologi rectissime. Qui quodlibet opus incipit, & omnibus tempore adueniente adhuc in illo moratur.

demonibus illuditur. Intentio namq; furibus est
horā per horā à nobis furari. Cū ut pro anima ali-
qua ores postularis, noli diuītare, & si virtutē ora-
tionis non possideas. Fides enim potentis etiam
cum contritione oranti sāpē causa salutis fuit.
Noli extolli cum pro alio oras, si exaudiaris. Illi-
us namque fides opera est atque prāealuit. So-
lent pueri id quōd à magistro didicerunt, ab eo.
dem diebus singulis exigi, ita & mens omnis eam
quam à Deo accepit vi tutem in omni oratione
iustē exigitur. Quocirca attendendum sollicitē
est, cum vigilantius orare cōperis, citius in iracū-
diam oppugnaberis. Hoc enim subtrahere vel
suggerere moluntur inimici nostri ut priuemur
orationis fructu. Ad omnem quidem virtutē p̄e-
cipiē tamen orationē, summo cordis sensu &
affectu semper exerceri debemus. Tunc verō ani-
ma sibi orat cum iracundia superior euaserit. Ea
quæ plurimis temporibus precibus ac lachrymis
acquiruntur, solida sunt atque durabilia. Qui De-
um possede: it non iam sibi ipsi in oratione inten-
tionem distabit. Tunc enim spiritus pro eo in-
terpellat gemitibus ineffabilibus. Omnem sensi-
bilemphantiam noli in oratione suscipere, ne
forte stuporem atque amentiam incurras. Om-
nis petitio & nostra quod suscepta fuerit, certum
iudicium maximē in oratione percipimus. Porro
ad indicium ambiguitatis liberatio est incertēque
rei dignissima certissimaq; atque immobilis in-
formatio. Misericors esto vehementer, si oratio
revera tibi cordi est. In ipsa enim centuplum ac-
cipient monachi, & quod sequitur in futuro. Ig-
nis quidem adueniens in cor orationem excita-
uit, ea verō excitata atque in cœlū asumpta, ignis
in cœnaculū animæ descendit. Aiunt quidā me-

T liorem

liorē esse orōnem. quam mēmoriā mortis ¹⁰⁹ vnius substantiæ duas essētias collaudo. Equi-
batus q̄ to vltra p̄greditur feruere magis & curia
adijcere solet. Cursum, hymnorū cantū intelligi
equū vero virilē animū, huiusmodi vero de longe
odoratur bellum & p̄paratus iā ad omnia infi-
rabilis permanet. Dirū est aquam ex s̄tientiis
diripere, sed lōgē est dirius animā summo affectu
compunctionis orantem, priusq; perfecte col-
metur oratio, scipsum pruare iucundissimo in-
nimumq; desiderabili statu. Noli ab oratione
silire quo ad videoas ignem & aquā diuinā dispo-
satione cessauisse, neq; enim huiusmodi tempus
missioni peccatorum fortassis vltra in omniis
tua inuenies. Qui orōnis gustum cōp̄it, vno iō-
verbo incautius emissō, inquinauit mentem, atq;
in oratione assistens, quem cupiebat nequaquam
vt solebat inueniet. Aliud est crebrius corde spe-
culari, aliud ipsū cor inspectare, mētis officio pro-
cipis iti morem rationabiles hostias Christo offe-
rentis. Nonnullos quidem, vt ait appellatus à the-
ologiæ cognomine, sanctus atq; ecclēstis ignis ad-
ueniens cōburit, eo quod adhuc satis purgatione
sunt, alios rursus per mensuram perfectionis ille-
minat. Idem enim & ignis consumens & lux ille-
minās dicitur. Vnde & quidam ab orōne excus-
tes veluti ex fornace ignis egrēdiantur, sordidam
iisdam ac materiæ leuamen sentientes, alij ver-
veluti à luce illustrati atque dupli humilitati
exultationis amicti vestē inde procedunt. Qui va-
rō absq; his duobus effectibus ab orōne exēunt, ex-
pōre non spū, iudaicē dixerim orant, Si corpus pe-
tactum appropinquans corpori immutatur atro-
ne, quō nō immutabitur qui Dei corpori manib;
innocentib; propinquatur; Possum⁹ ad terrenū

ps similitudinem nostrum quoq; cœlestē & cœ-
mentilissimū regem aliquando per nosipso inspir-
ere, aliquando per amicos, aliquando per seruos,
non unquā etiam incognito modo militibus suis
donatiua largientē: iam vero etiam qualitate tuni-
ca eius, quę in nobis fuerit, humilitatis. Quemad-
modum terreno regi execrabilis est is, qui illi astat
& domini sui inimicos alloquitur: ita eū quoque
dominus abominatur, qui in oratione existēs im-
mundas cogitationes recipit. Accedentem canem
armis insequere, & si impudentius latret non ei cō-
das. Pete per luctum & per obedientiā quære, pul-
si per longanimitatem. Nam qui sic querit inue-
nit, & sic pūsanti aperietur. Observa cautius ut nō
temere ac indifferenter pro fœmina in orōne tua
ores, ne à dextris fortasse te p̄dator inuadat. Noli
corporis actū, vt sunt, distinctē ac per partes in o-
rationē deo cōfiteri, ne tibi ipsi insidiator fias. Noli
illud orationi tēpus deputare, dum tibi curis necel-
sarijs sine spiritualibus negotijs instandum est. A-
lioquin id quod p̄stantius est tibi fur ille versutus
trupuit. Qui baculū orationis iūgiter tenet, nō of-
fendet, sed si offendere eū contigerit nō penitus cā-
det. Quippe oratio p̄i deo vim infert. Eius utili-
tatem ex his quæ synaxis tempore contingunt de-
monū impedimentis, colligere possumus. Eius &
fructum ex inimici profligatione cognoscimus;
In hoc enim cognoui, quoniam voluisti me, quo-
niam non gaudebit inimicus meus super me. Bel-
li tempore clamaui inquit Psalmus. In toto co: de
mē videlicet corde & animo & spiritu. Vbi
enī sunt duo postremi congregati, illic Deus
est in medio eorum. Neque corporalia neque spi-
ritualia omnia omnibus codē modo insunt. Qui-
busdā enim celerius, quibusdām vero morosius

901 IOAN. CLIMACI DE
psallere profuit: Dum hi aduersus captiuationem:
Illi aduersus imperitiā pugnare se dicunt. Si con-
tra inimicos tuos regem iugiter interpellaueris,
cum ad te accedunt, confide, non laborabis. Ipsi
sua sponte abs te discedent. Neque enim impunk-
contaminati spiritus patiuntur inspicere, dum cor-
nam ex illorum impugnatione per orationem
ceperis. Præterea velut ab orationis igne verbena
diffugient. Fortissimo semper sis animo, deum
magistrum habebis orationis tuae. Non possunt
verbis discere, aspicere. 5 Naturam enim id lo-
tur. Neque orationis pulchritudinem per alterum
doctrinam addiscere poterimus. Ipsa enim in le-
sa Deum habet magistrum, qui docet hominem
entiam, datque orationem oranti & benedit iustitiam
animas. Amen.

Annotationes in Gradum. 28.

- 1 *Vetus interpres hoc modo vertit. Oratio secundum suam qualitatē est coniunctio animæ cū Deo.* Secundum autem suam operationem fructus qui procedunt ex ea sunt: *status munditiae, col- lectio ornatus quia in oratione anima colligitur et mit sua ornamenta.*
- 2 *Omnis scatia quid significet ignoro: Puto omnino la- dictionem incuria typographi corruptam esse, o- & p̄p̄usīas gr̄ecē, vel amissio latīnē (quomodo Vesp̄- eui in Aurelianō vītūr) legendū esse. Et si amissio iniuriarum vītrō cūro que illarum acceptarū que obliuio. olim apud Athenienses legi seu de- loco habita.*
- 3 *Respicit ad illud Pauli. 1 Cor 14. Sed in Ecclesiā vñ quinque verba sensu meo loqui, ut & alios instruan- quam decem millia verborum in lingua.*
- 4 *Locus hic depravatus ita restituatur. Omnis petitio- nis nostræ, quod suscepit fuerit certum indicium maxime in oratione percipimus. Porro dicitur*

diciū, hoc ambiguitatis liberatio' est , incertæq; rei dignissima certissima atq; inuiolabilis informatio. *Alij sic verterunt: Consumatio cuiuslibet petitionis est manifesta certificatio in oratione: Certificatio est liberatio à dubietate, & in commutabilis assertio illius quod erat incertū.*
Sensus est: Sicut non possumus tò videre, vel visū verbis addiscere: est enim illud opus naturæ: sic pulchritudo orationis non potest doceri ab homine &c.

Debeata tranquillitate animæ, *Gradus XXIX.*

Cce nos quoque in profundissimo ignorante lacu tenebrosisque perturbationibus & umbra mortis huius corporis constituti sumus, summa improbitate & audacia de terrestri cœlo philosophari incipimus. Habet firmamentum, habet stellarum pulchritudinem, beata vero tranquillitas virtutum ornamentum. Nihil enim aliud humanum tranquillitatem esse ego reor, nisi mentis intimum cœlum, versutias dæmonum ludibria iam æstimans. Ille igitur propriè tranquillus est & intelligitur, qui carnem quidem omni corruptionis labore purgauit. Mentem vero supra creaturam omnem eleuans omnes illi subiicit sensus, atque vultui domini animam sistens supra virium suarum modum in illum se semper extendit. Quidam rursus beatam hanc tranquillitatem esse diffinunt, animæ resurrectionem ante resurrectionem corporis. Alij perfectam cognitionem dei, ab angelis secundum esse aiunt. Hæc itaque perfectorum perfecta & infinita perfectio, sicut mihi quidam qui illius gustum cœperat aperuit, ita sanctificat atque a te renis omnibus rapit, ut plurimum iam carnalis vita partē, postquam hunc cœlestē portū occupauerit, veluti in cœlo per excessum mentis ad speculationem attollat. De quo is qui bene

T 3 fuerat